



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De narratione à prubentibus viris facta, & quòd nos ad eas audiendas studiosos ac diligentes esse oporteat: contràque à stultorum narrationibus refugere. cap. xcii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A DE CALVMNIA: ET QVOD EAM PE-
merè excipere non oporteat. CAP. XCI.

NON admittes auditionem vanam.
Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequerbar.

Exod.
Psal. 100.

Qui proximum traducit, fraternas carnes comedit, vt qui ipsius existimationi vulnus infligat, atque infinita alia mala per sermonem perpetret. Non in tantum, qui maledicunt, sed in etiam, qui alios obrectantes audiunt, aures obstruere moneo, ac Prophetam imitari, qui ait, Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequerbar. Dic ad proximum, Si tibi amicus est aliquem laudibus efferre ac predicare, aures aperio, atque vnguentum excipio. Si autem quempiam maledictis incessere paras, aditum verbis tuis obstruo.

Chryf.
Fraternas carnes comedit, qui proximum traducit.
Psal. 100.

Vitam alienam curiosè perferuari, extrema illiberalitatis est. Quod autem omnium maximè ridiculum est, qui hoc animo præditi sunt, ac nulla rerum suarum cura tanguntur, cum aliquid arcani protulerint, eum, qui audiuit, obsecrant, ac iureiurando interposito obtestantur, ne cui alij deinceps hoc dicat: hinc nimirum perspicuè declarantes, se facinus reprehensione dignum admisisse. Nam si ab eo precibus cõtendis, ne cuiquam alij dicat, multo magis tibi antè providendum erat, ne huic ipsi ea diceret, ac quempiam traduceret, sermonemque, quem tutò retinere oportebat, proderet, ac tum demique salutè ipsius cura afficeret. At suaue est obrectare. Imò verò suaue est à maledictia abstinere. Nam qui maledicta in aliquem coniecit, deinceps in sollicitudine ac suspitione & metu versatur, pœnitentiæque afficitur, ac linguam suam commordet, illud videlicet metuens, ac tremens, ne forte ad alios quoque hic sermo emanet, magnumque ipsi periculum constet.

Qui maledictia abstinere. Nam qui maledictia coniecit, deinceps in sollicitudine ac suspitione & metu versatur, pœnitentiæque afficitur, ac linguam suam commordet, illud videlicet metuens, ac tremens, ne forte ad alios quoque hic sermo emanet, magnumque ipsi periculum constet.

Quemadmodum benedicere, ac laudare, amicitia initium est: eodem modo maledicere & obrectare, odij & similitatis ac sexcentorum malorum origo & causa exitit. Diaboli, atque à diuina gratia remoti sunt, qui eadem cum illo diabolica peruersitate laborant, Deoque omnino inuisi, atque ab omni felicitate alieni.

Philo.

Quid calumnia peius fingi queat? Auditorum enim aures delinit, atque eorum animos stupore afficit: eosque, qui malis, tanquam præda cuiusdam imminet, ferinos reddit. Qui verò insigni animi prudentia præditi sunt, calumnianti potius, quam ei, qui calumniis expetitus est, infestus se præbent, ei videlicet succensentes, ac per obiurgationis impetum os obstruentes, quoad euidenti testimonio fidem dictis suis astruxerit.

Nihil calumnia sceleratius.

DE NARRATIONE A PRVDENTIBVS
viris facta, & quod nos ad eas audiendas studiosos ac diligentes
esse oporteat: contraque à stultorum narrationibus re-
fugere. CAP. XCII.

ARRAVERVNT mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

Psal. 118.

Sermonibus sapientum inclina aurem tuam. Homines iustis loquamini.

Pro. 22.

Non te prætereant narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. Ne despicias narrationem sapientum: & in pro- uerbiis eorum conuersare. Narratio stulti quasi farcina in

Ecli. 8.

21.

via: nam in labiis sensati inuenietur gratia.

Occlude verbis turpibus ceras tuas.
Aures, sonisque tantum mollissimis.
Pateant honestis semper at sermonibus.
Audere, fari, facere, non distant procul.

Nax. in
Tetr.

DE IVSTITIA ET VIRTUTE. CAP. XCIII.
I iij